speciei in proportione multiplici corespōdēter in proportiōe su pparticulari proposita cōtinue subsequitur alia spēs q̄ secūdū doctrinā prehabitā ex ea generat vt sexqaltera generat ex du- pla et sexqtercia ex tripla. Et sufficiat pro presēti ppōito hec regula generalis q̄d cuilibet nūero succedūt tot numeri in data proportiōe supparticulari ꝯneri quotus in ordine fuerit ille nu- merus inicio sūpto a minimo in ordine multipliciū illius speciei que supparticulari ppōite corespōdet. Verbigrā. sūpto quo cūqꝫ nūero impari qm̄ nullū numerū duplat vt grā exēpli. 5. pri mū duplū respectu illius est. 10. cui succedit tm̄ vnus numerus ī proportione sexqaltera. s. 15. secundum duplum est vigenarius cui succedūt tm̄ duo numeri. s. 30. et. 45. in eadem proportione

Latitudo

5	10	20	40
an	15	30	60
	gu	45	90
		laris	135

Cōsimiliter sūpto quocūqꝫ nūero q̄ nullum aliū triplat. vbigrā. 5. primū triplū respe ctu eius est. 15. cui succedit tm̄ vnus nūerus i p portiōe sexqtercia. s. 20. Scōꝫ triplū est. 45. cui tm̄ succedūt duo nūeri. s. 60. et. 80. ī pro portione sexquitertiā et ita deinceps vt patet hec tria exempla in sexquialteris et sequitercijs.

Latitudo

5	15	45	135
an	20	60	180
	gu	80	240
		laris	320

Accidūt hijs due proprietates quarū prima talis est q̄ qualis est proportio primi ordinis inter nūeros suos scdm̄ cōtinuū et directū talis est proportio ordinū aliorū: vt in primo exēplo. s. ī sexquialteris. s. in singulis ordinibus numerus sequēs duplus est ad precedētē. In secūdo exemplo triplus. In tertio quadruplus: Secūda ppꝛietas est quod numeri angulares sūt multiplices multiplicitate specierū proximo in ordine sequentium vt angulares duplicium: sūt tri plices angulares triplicium quadruplices: et ita deinceps vt ex emplariter liquet. Post hoc ad propositum reddeamus: vnde consideratione dignum est quod sicut ex multiplicibus conuer sis nascuntur supparticulares vt superius est expressum ita ecō tra ex superparticularibus multiplices procreātur. Prima enī proporcio mltiplicium ex duabus primis superparticularibus oritur sicut proporcio dupla ex sexquialtera et ex sexquitercia.

duplus

2	3	4
sexqalter		sexqtercius

Item secūda proportio mul tipliciū ex prīa multiplici et prima supparticulari pcedit

triplus Tertia vero ꝓportio multiplicīū ex
6 12 18 scōa multiplici et ex scōa sꝑticulari.
duplus sexq̇alter q̄druplus
q̇ncupl⁹ 3 9 12
4 16 20 tripl⁹ sexq̇terci⁹
q̄drupl⁹ sexq̇quart⁹ Et ita in infinitū generatio hmōi
protēdetur fit em̄ ꝓporcio tripla ex dupla et sexq̇altera et ita ꝑ
ordinē ꝓportio q̄drupla ex tripla et sexquitercia et ita deiceps
In q̄titatibus ergo sufficit ad presens relatis.

Ost hec de numeris figuraꝝ geometricaꝝ similitudinē
habētibus scilicet de numeris linealib⁹ suꝑficialibus et
solidis est agēdū. De q̇bus ꝯsiderantes non vtemur notulis ab
aliis cōsuetis vt ponēdo.l.pro.50.aut.x.pro.10.⁊c.ex eo quod
huiusmodi notulas vsus reperit:nō natura:sed pro quolibꝫ scri
bēdo numero tot ponemus virgulas quot obtinuerit vnitates.
Est aūt nūerus linealis q̇ a duobus sumēs exordiū adita semꝑ
vnitate in infinitā lōgitudinē ꝓcedit: vt.ij.iij.iiij.⁊c. Numerus
suꝑficialis est qui diuisim ꝑ vnitates scriptus lōgitudinē et lati=
tudinē obtinet sed altitudinē nusq̄ habet. vnde et tales numeri
facta incoatiōe a ternario scōm naturalē progressū in augmētū
angulоꝝ ꝓcedūt vt si primus triangularis sit/secūdus quadrā
gularis/tercius pentagonalis et ita ꝑ ordinē procedendo.vnde
quia oīs figura suꝑficialis recti linealis resolui pōt in tot trian=
gulos quot angulos habet vnde nec due linee claudūt suꝑficiē:
ideo nūerus triāgularis est primus nūerus nūeroꝝ suꝑficialiū.
Triāgularis nūerus est q̇ suꝑficiali dispositiōe tria latera equa=
lia cōtinet. Quoꝝ primus erit vnitas q̄ vi sua vniuscuiuslibet nu
meri naturā habet et nullius actū cū sit mater omnium nūeroꝝ
Secūdus triāgularis est ternarius q̇ duas in qualibet ꝑte con=
tinet vnitates . nari⁹ triūlateꝝ ⁊ triū i q̇lꝫ latere vnitatū
Tertius est se . . et ita deinceps . nūeroꝝ sēꝑ se
Generant aūt oēs nūeri triāgulares: . . quētes ꝯiūgāt
si disposito naturali ordine prioribus . . . hmō.1.2.3.4.
Hoꝝ aūt ꝓprietas est q̄ quātus est vltimus nūerus eoꝝ ex q̇b⁹
aliq̇s triāgularis generat tot ille nūer⁹ triāgularis in quolꝫ suo
latere cōtinet vnitates. Numerus q̄dratus est q̇ diuisim script⁹
.4.equalia latera ꝯtinet: vt hic . . . rāt aūt oēs nūeri quarti
Primus aūt istoꝝ habet vnū in . . . si dispositis seriatim nūe
quocūqꝫ latere.secūd⁹ duo/ter . . . ris singulis imparib⁹ se=
cius tria et ita deinceps. Gene quēs q̇libet ꝓcedētibus

oĩbus adiũgatur vt hic.1.3.5. Est aũt huius nũeri proprietas ꝙ quilibet nũerus q̃dratus tot vnitates cõtinet in quolꝫ latere ex quot nũeris ĩparibus generatur vt.9. qui ex acerbatiõe trium numeroꝝ imparum.s.vnitatis ternarij et quinarij procreatur: vnde.3.vnitates in quolꝫ suo latere ↄtinebit. Et nota quod hec proprietas modo supius dicta est generalis oĩbus numeris sup ficialibus siue sint triangulares siue quadrãgulares et cetera.s. ꝙ quilibet eoꝝ tot vnitates in quolꝫ latere cõtinebit quot in ge neratiõe sua nũeros cõgregabit. Pentagonalis nũerus est q̇.5. lata eq̃lia cõtinet vt hic missis duob⁹ vt addita vnitate Generant̃ aũt isti ex na ad.4. Itẽ exagoni tribus ꝑter= turali ordine sẽꝑ preter missis vt addẽdo.1.ad.5. Itẽ ep tagoni.4.pretermissis vt.1.et.6.7c.hmõi et vt facilius videant̃ ponãt̃ exẽpla hic pluriũ spẽrũ

trianguli.1.3.6.10.15.21.28.
q̃drãguli.1.4.9.16.25.36.49.
pẽtagoni.1.5.12.22.35.51.70.
exagoni.1.6.15.28.45.66.
eptagoni.1.7.18.34.55.

Accidit aũt hic inter istas spẽs relatio ꝙ q̃dratus quilibet ex supposito triangulo et ex triangulo precedente simul additis procreat̃.4.eñ ex.3.et.1.9.ex.6.et.3.16.ex.10.et.6.et ita dein= ceps nascũtur. Quãtum vero ad alias spẽs est hec regula ꝙ q̃lꝫ posterior spẽs ex suprapositа priori et ex ꝑcedẽti triangulo ge= nerat̃ vt pentagon⁹ ex.4.et.1.12.ex.9.et.3.22.ex.16.et.6.et ita deinceps. Similiter exagoni vt.6.ex.5.et.1.et.15.ex.12.et.3.na scunt̃ et ita de alijs. Pꝫ ergo quomõ triangulus cũctoꝝ sũmas efficiat et singulorum procreationibus admisceatur. Ex hijs se quitur hec notanda proprietas quod sumptis quotquot huius= modi speciebus per ordinem omnes eiusdẽ ordinis numeri triã gulis sese superãt vt secũdus q̃dratus secũdum triplum superat vnitate et secũdus pentagonus secũdum q̃dratũ supat vnitate Similiter tercius q̃dratus terciũ triplũ ternario supat et terci⁹ pẽtagon⁹ sĩlit̃ q̃dratũ terciũ et ita deinceps q̇lꝫ reliquũ supabit. ergo triangulus oĩm figuraꝝ cemẽtũ et principium dici potest. Et ꝑ hec ad figuras solidas facilior erit via. Si eñ nũeroꝝ sṗfi cialiũ lõgitudini et latitudini altitudo addita fuerit q̃ vel crassitu do vel ꝓfũditas appellat̃ nũerus solidus resultabit inter quos primus est piramis q̄ solidoꝝ est principiũ quẽadmodũ triãgul⁹ supficialiũ fuerat elemẽtũ id est ṗncipiũ. Nũeroꝝ vero piramida liũ alius basim habet triangularẽ alius q̃dratã ali⁹ pẽtagonalẽ et ita deinceps quorum singulorum tot sunt angl̃i in basi vt hic.

trianguli	piramidales sui
.1.3.6.10.15	.1.4.10.20.35.
quadrãguli	piramidales eoꝝ
.1.4.9.19.25.36.	.1.5.14.30.55.
pentagoni	piramidales eoꝝ
.1.5.12.22.35.51.	.1.6.18.40.75.

Generant̃ aũt oĩs triangulares piramidales ex supficialibus triangulis et piramides quadrate ex supficiebus quadratis et ita de alijs piramidis speciebꝰ sicut supficiales nũeri ex naturali ordine nũeroꝝ nascunt̃ ¶ Primus aũt triãgulus.s.vnitas sit pria piramis ⁊ addito primo triãgulo ad scõꝫ fit secũda piramis et ita deinceps. Et quot vnitates fuerint nũeroꝝ cõiũctoꝝ tot erũt vnitates in latere piramidis procreãde. Cõsilit̃ nascũt q̃drate piramides. Et eod̃ mõ ꝓcedit gñatio in aliaꝝ piramidũ spẽbus. Et sic singulorũ gñatio gñationi triploꝝ similis ẽ eo quod q̃libet piramis nũeꝝ suũ supficialẽ basim optineat et similiter tot vnitates in lateribus cõtinẽtur. Scire etiã oꝫ q̃ sunt curte piramides vel bicurte vel tricurte vel quadricurte et ita deinceps. Perfecta piramis est que a quacũqꝫ basi incipiat ad vnitatẽ ꝑuenit si vero ad vnitatem ista altitudo nõ ꝑuenerit curta vocabitur. Cõsiderata ergo specie basis si ad ꝓmũ opere et actu multiangulũ eiusdẽ speciei non artetur in vertice bicurta dicit̃.si vero ad terciũ tricurta: si ad quartũ quadricurta et ita deinceps ꝑ ordinẽ transcurrendo Si vero in q̃drata piramide.16. ponat̃ in basi et.9.superius deinde.4.et.1.in vertice piramis est perfecta si vero illud vnũ quod est primũ q̃dratum ĩ potẽtia diminuatur: curta piramis dicitur Si enim a vertice diminuãtur.4.qui sunt secundum q̃dratum bicurta piramis nũcupatur. Et generaliter quot cunqꝫ numeri defuerint tociens eam curtam dicimus.

Unt et alij nũeri solidi quoꝝ quidã dicunt̃ cubi: quidam aseres: quidam laterculi: quidam cunei: quidam sperici: quidam paralellipidi Numerus cubus est qui latera.6.equalia quadrata obtinet. Cuiꝰ generatio fit ex ductu lateris quadrati numeri in q̃dratũ vt quadrati latus q̇ est binarius si ducat̃ i.4. fient.8.qui est numerus cubitus et ita in alijs quibuscunqꝫ. Huius proprietas est quod quilibet cubꝰ habet.6.superficies quadratas equales et.12.latera equalia atqꝫ angulos.8.equales. quorum quilibet sub.3.angulis superficialibus continetur. Numero cubo numerus cuneus dissimilis est: nam cubus omes dimẽsiões habet equales et resultat ex aliquo vno nũero in se bis ducto cuneus vero nullam dimẽsionẽ alteri equalem habet sed

ex diuersis gradatim producit̃ vt bis tria quater cõstituũt.24.
et tria.4.quinquies faciũt.60. Iste nũerus a grecis vocat̃ scale
nos a latinis gradatus. Itẽ a grecis sperniscon a latinis cuneus
noiat̃. Quidã vocant hos bomiscos id est quasdã arullas Inter
cubos q̇ oẽs dimẽsiones habẽt eq̃les et cuneos q̇ habẽt dimen-
siones quasl3 ineq̃les. Sũt alij nũeri q̇dã a grecis paralellipidi
dicti qꝛ nec oẽs dimẽsiões hñt eq̃les nec oẽs ĩeq̃les hmõi figura
dicit̃ latine que alternatim positis cõtinet̃ lateribus.

Unc ad supficiales nũeros redeamus. Notãdũ qȯ nũe-
ri altera pte lõgiores sũt q̇.4.habẽt angulos et.4.late
ra nõ tñ eq̃lia oĩno sed defficit eq̃litas p solã vnitatẽ Si em̃ i nũe
roꝝ ordine naturali primũ p scȯm vel scȯm p terciũ et ita dein-
ceps multiplices vt semel bis bis tria et ita deinceps nascentur
tales nũeri. Si aũt lõgitudo a latitudine discrepat nõ solũ vni-
tate sed binario tũc talis nũerus nõ vocat̃ altera pte lõgior: sed
antelõgior. Nec ꝓcedit scȯm actores talis discrepatio dimẽsio-
nũ vltra binariũ q̇ est alteritatis principiũ eo ꝙ alteꝝ ad minus
dr̃ de duobus. Quia autẽ dispositis oĩbus ĩparibus seriatim et
sub eis cunctis paribus ex acerbatione superioꝝ generant̃ oẽs
q̃drati et ex acerbatiõe omniũ inferioꝝ generãtur altera parte
longiores vt hic: q̃drati ex ĩparib⁹ altera pte lõgiores
ideo nũeri q̃drati ex .1.3.5.7.9.11.13. .2.4.6.8.10.12.
imparibus ꝓcreati si .1.4.9.16.25.36 .2.6.12.20.30.42.
cut etiã vnitas q̇ ĩparitatis est radix aut ĩmutabilis substãtie sũt
oĩa latera eq̃lia cõtinẽtes: at nũeri altera pte lõgiores q̇ ex pari
bus producunt̃ alteritatẽ habent sicut et binarius q̇ alteritatis
ꝑncipiũ est Et radix ĩmutabilitatis vnitatis ex hoc ostẽdit̃ ꝙ q̇d
quid ipsa multiplicet prior q̃titas nõ variat̃ et hoc de nullo alio
repitur in quẽcũqȝ em̃ numeꝝ ducat̃ binarius statim ꝓducitur
alia q̃titas a priori est ergo binari⁹ alteritatis principiũ et origo
Numeri laterculi sunt solidi qui fiunt ex equalibus equaliter in
minus vt ter tria bis: ibi em̃ lõgitudo et latitudo sunt equales
et altitudo minor vtraqȝ earum. Asseres vero fiũt ex equaliter
equalibus in magis. vt ter tria septies vbi lõgitudine et latitudi-
ne existẽtibus equalibus altitudo fit maior. Sperici siue circuli
sunt qui in illum numerum terminantur ex cuius productione
in ipsum vel productum nascuntur. Tales numeri ex quinario
vel senario nascuntur vt patet in figura presenti.

1	5	6	Et ita ad presens de figuris solidis hec suffi
1	25	36	ciant.
1	125	216	
1	625	1296	

Lterius est sciēdū quod sicut oīe quod est aut est nature immutabilis eiusdem substātieqꝫ vt deus anima et hmōi aut mutabilis et variabilis nature vt corp⁹ et ex hijs duabus naturis fit oīe quod fit: ita ex numeris quadratis et altera parte longioribus: quoꝝ primis ex numeris imparibus et ex īmutabili vnitate procedentibus secundis ex numeris paribus et ab alteritatis principio binario procreatis: nascuntur ceteri numeri omnesqꝫ eoꝝ proporciones quibus informantur qui vero numeri sunt quadrati et qui sunt altera parte longiores supius patuit. Disponantur eñi q̄drata omnia seriatim sub quibus per ordinem scribantur omnes altera parte longiores vt hic.

.1.4.9.16.25.36.49. Si ergo cōpares altera parte lōgiorē
.2.6.12.20.30.42.56. primū. primo tetragono resultabit dupla proporcio: si vero secūdum: secundo emiola id est sexquialtera. si vero terciū tercio sexquitertia et ita in proportiōibus superparticularibus nullatenus erit status. etiam ī prima relatione differentia est vnitas in secunda binarius. in tertia ternarius et ita deinceps. Item si secūdum tetragonū primo altera parte lōgiori ꝯpares: et tertiū secūdo et quartū tertio et ita deinceps easdem proportiones effici probabis. iste tamen differētie non ab vnitate: sed abinario incoant sed in infinitū ꝓcedūt. Rursus q̄drati numeri seriatim positi per numeros impares differūt. ꝑ pares tñ distant altera pte longiores.

Item si inter primum tetragonū et secūdum ponat̄ prim⁹ altera pte lōgior ad vtrosqꝫ in proportōe dupla cōiungit̄. si inter secūdum et tertiū tetragonū ponat̄ secūdus altera parte longior proportio sexq̄altera ab vtrisqꝫ ꝯponit̄ et sic īter tertiū et quartū et sic deinceps.

1	2	4	dupla
4	6	9	sexq̄altera
9	12	16	sexq̄tertia
16	20	25	sexq̄q̄nta

Item si duo q̄drati proximi inuicem addātur et altera pte lōgior qui scd̄m premissam rōnem mediās est inter istos dupletur et addat̄ cū eis resultabit tetragonus. nā .4. et .1. simul additis fiunt .5. duplato ergo binario q̄ est altera parte longior inter istos sicut .4. et totum congregatur fit .9. qui est tetragonus. Similiter ecōuerso si inter primum et

secũdum altera parte longiorẽ ponatur secũdum tetragonũ et illud duplatũ addatur alijs vnitis resultabit tetragon⁹: vt iter .2.et.6.si ponatur.4.illud mediũ duplatũ et addatur extremis ꝓducit.16.q̇ est tetragonus et ita deiceps. Item vbi ꝫm p̃missã rĩam inter duos tetragonos stat vnus altera pte longior: tetragonus qui ex illis nascitur semp ex radice ipari procreatur/at vbi inter duos altera pte longiores tetragonus clauditur oẽs qui ex illis resultant tetragoni a paribus radicibus procreãtur Item ex predictis duab⁹ formulis. s. ex q̃dratis et altera parte longioribus nascunt̃ oẽs alie numeroꝝ forme additis eñ simul primo tetragono et primo altera parte longiore fit primus trigonus scilicet.3.et addito secũdo tetragono ad primum altera parte longiorem resultant.6.qui est secundus triãgulus. et additis simul tetragono tertio et secundo altera parte longiore fit. 10. qui est tercius trigonus ꝛc. vt patet in figura vbi tetragoni et altera parte longiores ponuntur alternatim et fit additio duorum continue proximorum.



tetragoni et altera parte longiores.

.1.2.4.6.9.12.16.20.25.30.

.3.6.10.15.21.28.36.45.55.

triangulares numeri.

Item quocũq; dato tetragono si proprium suum latus siue addatur siue ab eo subtrahatur numerus altera parte longior ꝓducetur. Item permixtis tetragonis et altera parte longiorib⁹ alternatim erunt aliquando intercidẽtes proportiones eedem et differẽtie diuerse aliq̃n eꝫ. Accidit ei ista mutatio alternatim

tetragoni et altera parte longiores

.1.2.4.6.9.12.16.20.25.30.36.

.1.2 . 2.3.3. 4. 4. 5. 5. 6.

Differentie eorum

In premissa enim formula inter primum et secundum. et secundũ et tertiũ est eadem proporcio differẽtia diuersa. Item inter secundum et tertium et tertiũ et quartũ est eadẽ differentia et ꝓportio variat̃ et ita deinceps crescũt differẽtie scd̃m oẽs nũeros ordinis naturalis: necnõ etiã ꝓportiones scd̃m oẽs supparticulariũ spẽs ꝓducũt. Itẽ ex dictis differẽtijs relatis ad numeros quoꝝ sũt differẽtie accidit variatio in ꝓportiõibus scd̃z spẽs diffinitas. nã inter. 1.et.2. differentia est. 1. quod est equale primo

et sub duplū ad secūdū. similiter inter.2.et.4.binarius est differētia qui ē equalis binario et sub duplus quaternario. similiter inter.4.et.6.binarius est differētia que est medietas q̄ternarij et tertia ps senarij siliter arguas de differētia iter.6.et.9. et ita deinceps. Itē patet oēs tetragonos pticipare naturā impariū nūeroꝝ ex hoc qd̄ singulis duplis vel triplis seriatim dispositis talis ordo cōserit vt nūq̄ nisi ipari loco tetragon⁹ iueniat vt hic

.1.2.4.8.16.32.64.128. Item cubi etiā imutabili natu=

.1.3.9.27.82.243.729.2187. ra pticipant eo quod nō ab aliis q̄ ab imparibus nūeris producūt dispositis em̄ seriatim cūctis imparibus primus eoꝝ est prim⁹ cubus. s.in potētia sic quod si duos sequētes.s.3.et.5.simul addideris: re sultabūt.8.qui est secundus cubus. cōiunctis etiam tribus sequētibus. s.7.9.et.11. resultabūt.27.qui est terci⁹ cubus.et ex.4.sequētibus fit quartus ita per ordinem augmentando vt hic.

.1.3.5.7.9.11.13.15.17.19.

.1. .8. .27. .64.

Ex hijs quidē cū sufficiēter sit dictū: vlterius de proportiōibus et ꝓportionalitatibus est dicēdū. Est aūt ꝓporcio duoꝝ terminoꝝ q̄dā ad inuicē habitudo et quodāmodo cōtinētia ex quoꝝ cōpositione ꝓportionalitas resultabit. ¶ Est ergo proportionalitas duaꝝ vel triū vel quotlibet ꝓportionū assūptio ad vnū atq̧ collectio. Uel proporcionalitas est duoꝝ aut triū aut pluriū ꝓportionū similis habitudo. Uel ē collectio proportionum et in vnū reductio. Et cōsistit ad minus inter.3. terminos vbi medius terminus respectu vnius extremitatis est comes et respectu alteri⁹ est dux et illa ꝓportionalitas cōtinua nūcupat. Proportionalitas discōtinua inter.4.terminos cōsistit ad minus vbi nullus terminus est bis sūptus. Apud antiq̄s aūt est triplex proportionalitas seu medietas sc3 arithmethica geometrica armonica post quos alij sapiētes addiderunt alias medietates.7.propter cōplementū numeri denarij ita quod in toto sūt.10. Arithmethica ꝓportionalitas ē vbi nec lecta ꝓportionū equalitate eadē inter terminos differētia custodit: sicut in numero disposito in ordine naturali vt.1.2.3.4.&c.vel vbi equales termini cōtinue sūt omissi vt.2.4.6.8.&c.si em̄ terminū vnū dimittas differētia erit binarius si duos ternari⁹ et sic sine fine Arithmethice medietatis vel proportionalitatis proprietates

sunt plures. Prīa quod in huiusmodi proportionalitate medi⁹ terminus est ꝯiūctoꝝ medietas extremoꝝ vt hic. 8
In ꝓporcionalitate vͦo disiūcta siue discōtinuata 2 4 6.
duo extrema duobus medijs adequātur vt hic. 2.4.6.8
Secūda proprietas quod sicut sūt oēs termini .10.
ad se ipos: ita erūt et differētie ad differētias vtrobiqꝫ eñ equalitas cōseruaẗ. Tertia proprietas q̄ nullus ante nicomatū inuenit qn̄ proportionalitas est cōtinua illud q̄ fit ex ductu vnius extremitatis in aliā minus est illo q̄ fit ex medio ducto in se ipsū: ꝑductū differētie in differētiā.s. in se ipsā id est erit excessus q̄ta est differētia ꝑducta in se ipaꝫ vt hic.3.5.7.ex.3.in.7. resultant .21.et ex.5.in se resultāt.25.que excedit.21.per.4.4.aūt resultant ex ductu binarij in se ipm que est differētia. Et hanc etiam proprietatē dicit boecius in proportionalitate discontinua esse verā: sed hoc oꝫ intelligere de differētijs sumptis inter vnum et idemqꝫ.b.inter.c. et.d.et secūdum vtrūqꝫ.s.mediū.e.excrescet: vt hic.5.7.8.10.ducendo.5.in.10.resultant.50.et ducendo.7.in .8.resultant.56.que excedunt.50. per.6. differētia autem inter .5.et.7.sunt.2. et differētia inter.7.et.10.sunt.3. ducetur igitur .2.in.3.resultant.6.per que.56.superāt.50. ꝯsimiliter differētia inter.5.et.8.sunt.3.et differētia inter. 8.et.10.sunt.2. per que resultat idem q̄ prius. Quarta proprietas est huius quod semꝑ in minoribus terminis est maior proporcio et ecōtra vt inter.2. et.1.est proportio dupla: inter.3.et.2. est ꝓportio sexquialtera. In armonica autem econtra accidit. In geometrica vero potest esse proportio equalitatis vtrobiqꝫ.

Unc de proportionalitate geometrica que maxime vel sola proportionalitas appellari potest dicemus. In hac enim differentia equali neclecta semper identitas proportionū custoditur vt hic. 1.2.4.8.dupla .1.3.9.27.tripla. huius prima proprietas est q̄ in proportionalitate cōtinua geometrica: quecunqꝫ inter duos terminos proporcio fuerit: eadem semꝑ inter differētias eoꝝ reperiẗ. .1.2.4.8.16.dupli
Secūda quod ī numeris duplis mi .1.2.4.8. differētie
nor terminus per se exceditur a maiore sed ī numeris triplis se ipso duplicato in quadruplis se triplicato: et sic consequenter. Tertia quod quidquid ex ductu extremi ī extremū producitur Idem ex ductu medij in semet ipsū si terminus medius sit vnus

aut ex vno medio in aliū si sint duo termini. Quarta in terminis maioribus et minoribus semp est eadez pporcio. Ex quibus pz q recte arithmethica proporcióalitas ei reipublice q̄ a paucis regitur: cōparaẜ: eo q in minoribus eius terminis sit maior pporcio et ecōtra. Armonica vero in cuius maioribus terminis est maior proporcio optimatū reipulice similaẜ et geometrica q̄ vtrobiqz pportionū seruat equalitatē diciẜ popularitas. Sunt aūt hic quedam notanda que intimei cosmopopeia disputatiōe platonica ptractanẜ. primū est quod inter oēs duos quadratos proximos est vnū terciuz proporcionale quod ex ductu lateris vnius q̄drati in latus alterius resultat: vt inter. 4. et. 9. sunt. 6. Secundum quod inter quoslibet duos cubicos proximos sunt tātum duo media proporcionalia quorum minus resultabit ex ductu lateris maioris in quadratum minoris et maius ex ductu lateris minoris in quadratū maioris proueniet vt iter. 8. et. 27. sunt. 12. et. 18. media quoz minus resultat ex. 3. in. 4. et maius ex duobus in. 9. Tercium est quod si q̄dratus quadratum multiplicet numerus proueniens erit quadratus. Quartum si altera parte longior multiplicet quadratū vel ecōtra semp altera pte longior inde crescit vel si cubus quadratū multiplicet nec quadratus nec altera parte longior resultabit. Quintū quod si altera pte longior altā pte longiorem multiplicet semper altera pte longior producetur. Sextū si cubus cubū multiplicet prouenit inde cubus. Septimū si cub⁹ altera parte lōgiorem multiplicet productus numerus nō poterit esse cubus. Octauū quod ex ductu paris in parem aut paris in imparē aut ecōtra semp nūerus par procreatur: sed in par imparē multiplicans imparē pducit ista facilius cognoscūtur in libris platonicis de republica eo loco qui dicitur nupcialis.

Rmonica proporcionalitas nec ex eisdē differēcijs neqz ex eisdem proportionibus constituitur sed positis tribus terminis sicut maximus eoz se habet ad minimū ita differentia inter maximū et medium ad differentiam inter medium et minimum se habet vt. 3. 4. 6. vel. 2. 3. 6. Prima huius proprietas est contraria arithmethice eo q hic in minorib⁹ terminis est minor pporcio et in maioribus maior et in arithmethica econtra. Secūda proprietas qd̄ in arithmethica medietate medius termin⁹

eadem sui pte minorē excedit per q̄ excedit a maiore sed non per eandem minoris minorem exceditur per quam partem maioris excellitur a maiori sed in medietate armonica est econtra nam inter.2.3.6.medius terminus non eadem parte sui minorem excedit terminum et exceditur a maiori nam excedit minorem tercia sui parte et se toto exceditur a maiore sed per eandem partem minoris minorem superat per q̄ partem maioris supatur a maiori per medietatem em̄ minoris minorem excedit et p medietatē maioris exceditur a maiori geometrica vero medietas variat ab vtraq₃ nam medius terminus per q̄ partem minoris minorem superat per eandem partē sui ipsius a maiori termino superatur. Tertia ppzietas quod illud q̄ fit ex ductu medij termini icompositum ex extremis duplum est ad illud quod ex ductu vnius extremi in alterum extremum procreatur. Vocatur autem ista medietas armonica eo quod ī eius terminis reperitur tota consonantia musicalis: nam diateseron inepitrita id est in sexquitercia pportione cōsistit cuiusmōi sūt. 4.et.3.diapente ex sexqaltera resultat cuiusmōi sūt.6.et.4.diapason ex dupla pportione puenit cuiusmōi sunt.6.et.3. Diapason cum diapente qui in tripla proportione consistit. et fit ex differentia inter extrema ad differentiam inter medium et minorem cuius modi sunt.3.et.1.bis diapason quod proporcionē quadruplam vendicat fit ex medio termino et maiori ex eorum differentia simul sumptis ad minorē. Similiter in istis tribus terminis easdem cōsonantias reperimus.2.3.6. nam ex medio ad minorem fit diapente et ex maiore ad medium fit diapason et ex differentia maioris ad medium et differentia medij ad minorem fit diapente cum diapason similiter ex maiore ad minorem et ex differentia maximi ad minimum et differentia medij ad minimum illa que bis diapason dicitur consonantia resultabit. Alij vocant hanc medietatem armonicam eo quod cognata sit geometrice armonie: dicunt enim geometricam armoniā esse cubum propter hoc quod inter omnes eius dimensiones est equalitas et conuenientia vtrobiq₃ omnis autem cubus latera habet.12. angulos.8.superficies.6.hec autem dispositio est armonica. disponanť em̄ tres termini.s.6.8.12. in q̄bus inueniunť oēs ppzietates armonice necnon et oēs consonantie musicales similiter

et huiusmodi proporcionalitas armonica nuncupatur. Est aūt notandum quod sicut in fistulis: extremis foraminibus eisdem manentibus contingit ꝑ apertionē et obturationem foraminū mediorum: sonos multiplices variare: ita cōtingit duos numeros siue pares siue impares tanq̄ terminos ponere et per aliā et aliam īsertionem medij triplices proporcionalitates assignare: ita quod in arithmethica differentiarum tantum equalitas conseruetur: in geometrica tātum proportionum identitas habeatur et in armonica differentiarum comparatio: proportionibus conueniat terminorum: sint ergo termini pares propositi.10.40.inter quos īsertis.25.habetur proporcionalitas arithmethica insertis.20.habetur proporcionalitas geometrica insertis.16.habetur proporcionalitas armonica. Itē si terminos impares volumus assignare vt.5.et.45.veniemus nichilominus ad intentum nam interpositis.25.apparebit medietas arithmethica et interpositis.15.liquet proportio geometrica īterpōitis autem.9.armonica patefit. Ut autem possimus faciliter huiusmodi media reperire sciendum est quod mediū arithmethicum dimidiū erit compositi ex extremis. Item si medietatem excessus termino minori addideris quesitū medium obtinebis. Pro medio geometrico altero extremo multiplicato per reliquum radix q̄drata producti erit medium quod īquiris. Item si ꝓportionem īter extrema per medium diuides inuenies illud mediū Pro medio vero armonico differentiam inter extrema per terminum minorem multiplica et producto diuiso per compositū ex extremis: addatur numerus quociens minori termino et patebit quesitum.

Extractato diffuse de istis tribus ꝓportionalitatibus ꝑ.7.alias ꝓportionalitates disseramus. Quarta ergo ꝓporcionalitas est armonice cōtraria in qua tribus terminis positis quemadmodum est terminus maximus ad paruissimum sic est differentia minorum ad differentiam maiorum vt hic.3.5.6. Huius medietatis vna est proprietas.s.quod fit ex medio ī maximum duplum est ad illud quod ex medio in minimū producit. Quinta et sexta ꝓportionalitates geometrice ꝓportionalitati contrariant. et est quinta proportio medij ad minorem est sicut differētia minoꝝ ad differentiam maximoꝝ vt hic.2.4.5.sed in geometrica est ꝓportio maioris ad minorē sicut differētia maio

rum ed differentiam minorum. Huius aūt est proprietas quod illud quod fit ex ductu maioris termini i medium duplum est ad illud quod fit ex ductu extremi termini inextremū. Sexta medietas est quādo maior terminus est ad mediū sicut differentia minorꝫ ad differentiam maiorꝫ vt hic.1.4.6. Similiter hec medietas geometrice contraria est propter conuersionem proporcionis inter differentias maiorꝫ et minorꝫ terminorꝫ. Hee sunt .6.medietates quarꝫ.3.a pitagoricis vsqꝫ ad platonem aristotelēqꝫ manserūt post vero qui secuti sunt.3. alias de quibus iā diximus addiderūt. deinde sequens etas.4. alias medietates adduxit ad implēdum denariū numerꝫ. septima ergo proportionalitas est quando maximus terminus est ad minimū sicut differentia inter maximum et minimum ad differētiam inter mediuꝫ et minimū vt hic.6.8.9. Octaua ꝓporcionalitas est quādo maximus terminus est ad minimum sicut differentia inter maximum et minimum ad differētiam inter medium et maximum vt hic.6.7.9. Nona proporcionalitas est quādo sicut se habet medius terminus ad minorem: sic differentia duorꝫ extremorꝫ ad differētiā minorꝫ: vt hic.4.6.7. Decima proporcionalitas ē qn̄ medius terminus est ad minimum sicut differētia inter maximū et minimum ad differentiam inter maximum et medium vt hic .3.5.8.exempla oīm istarꝫ proporcionum patent in figura.

arithmethica	prima	.1.2.3.
geometrica	secunda	.1.2.4.
armonica	tercia	.3.4.6.
contraria armonice	quarta	.3.5.6.
contraria geometrice	quinta	.2.4.5.
contraria geometrice	sexta	.1.4.6.
prima aliarum	septima	.6.8.9.
secunda	octaua	.6.7.9.
tercia	nona	.4.6.7.
quarta	decima	.3.5.8.

On similiter possunt alie due cōbinationes significari in quarum prima maior terminus sit ad medium sicut differentia inter maximū et minimū ad differētiam inter medium et minimū sed ista proporcionalitas est impossibilis. Secunda fit quod maior sit ad medium sicut differentia inter maximū et minimū ad differētiam īter maximū et mediū vt hic.3.4.6. Unde et hic proportio etiam armonica in eisdem numeris resultabit.

et hec non variatur ab illa secundum rem: sed ista combinatio potest dici vna proprietas proporcionalitatis armonice predicte ¶ De istis autem duabus combinationibus non fecit Boecius mentionem. Possumus autem .4. numeros solidos signare vt .6.8.4.12. quorum aliqui ab aliquibus per equalia equaliter sunt producti vt.8. et aliqui ab aliquibus per inequala inequaliter vt.6.ex vno duob⁹ et trib⁹. Alij vo ab aliquibus per inequalia equaliter vt.9.ex semel tribus ter vel per equalia inequaliter vt.12. ex bis duobus ter. In quibus.4.numeris.3.proporcionalitates prime habentur et oms consonantie musicales. Ista ergo sufficiant pro sententia huius libri arithmetice.

¶ Explicit arithmethica speculatiua thome brauardini bñ reuisa et correcta a Petro sanchez Ciruelo aragonēsi mathematicas legente Parisius Impressa In campo gaillardo a Guidone mercatoris Anno dñice incar nationis.1495. In mense Februarij.





